



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

VI. De Iudæis, Saracenis, & eorum servis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De Judæis, Sarracenis, & eorum fœvis.

T I T. VI.

Quos hic vocas Iudæos, & quos Sarracenos?

Iudæorum nomen hoc loco non tam gentis est, quam impiæ & nefariæ. *Lev. 23.* Etæ. Nam Judæi, licet olim verum Deum colerent, & festa legalia, veteri Testamento ad litteram superstitione iactant, & observare hodieque utrumque soleant; in hoc tamen maxime nefarii sunt & impii in Deum, quod Christum Dominum negent esse verum Deum: Sarraceni verò (quo nomine veniunt hic Turcæ, Persæ, Tartari, Arabes, ceterique Mahomedicæ sectæ additi) nec veteris nec novum Testamentum recipiunt, & nefariè quoque peccant Christum negantes Salvatorem. *Niceph. lib. 11. c. 47 li. 6. var. hist. c. 28.* autem Sarraceni vel à Sara legitima uxore Abrahamæ, vel potius à Sarraco, urbe Arabiæ; nam Sarracenorū gentem inter Arabes numerat etiam Plinius.

*Cur igitur Iudæi remittuntur vivere
inter Christianos ?*

Propter spem conversionis ad fidem ,
quam de iis conceperunt Principes
Christiani; qui propterea , præter man-
sionem, & alia illis concesserunt. Quæ-
dam etiam iisdem interdicta & negata
sunt. Concessum est, ut legibus suis inter
se vivant , ut synagogas suas habeant ,
veteres que reficiant & fulciant , non et-
iam novas ædificent; ita tamen ut ex hu-
iusmodi concessione non insolescant , &
scandalo fiat Christianis.

c. 7. h. 8.

l. ult. C.

cod. 117.

c. 4. h. 8.

*Quæ interdicta & negata sunt Iudæis in-
ter Christianos de gentibus ?*

Primò, Arcentur ab omnibus honori-
bus, dignitatibus atque officiis publicis.
II. Prohibentur die Parasceves prodire in
publicum , totoque ille die ostia vel fe-
nestras habere apertas , ne occasio sit il-
lis ad Christianis in contemptum Creato-
ris ac Redemptoris sui. III. Prohibentur
insuper in domo dominioque suo servos
habere Christianos IV. Interdictum, ne
Iudæus cum Christiana, aut contra, ma-
trimonio jungatur , aut aliàs commif-
ceatur. Denique interdicta est Christia-
nis

c. 16. C.

18. h. 1.

d. 1. ult.

C. cod.

c. 4. C.

15. h. 1.

c. 2. C. 5.

h. 1. l. 56.

can. Co-

var.

Q 6

nis

can. Ca.
v. 6.
can. si
quis lu-
dains
xxvii.
q. 1. d. c.
5. c. 8. Et
13. h. t.

nis omnibus omnis familiaritas & do-
mestica consuetudo cum Judæis, sub
pæna excommunicationis, ne consue-
tudine vitæ pelliciantur vel ad Judæi-
smum, vel ad Paganismum, Exceptis Cle-
ricis & Religiosis, qui à Superioribus
suis ad prædicandum Evangelium Ju-
dæis & Saracenis mittuntur.

De Hæreticis.

TIT. VII.

d. c. 8. c.
10. cod.

Differunt à Judæis ac Saracenis Hære-
tici, quòd hæretici contradicunt
sint fidei semel in baptismo susceptæ,
illi vero quam nunquam susceperunt,
cæca mente oppugnent.

Hæresis quid? Et unde dicta?

can. Hæ-
resis
xxiv.
q. 3.

Hæresis est de aliquo dogmate falso,
idei orthodoxæ contrario firmata
opinio. Dicta ab Electione, quòd eam
sibi quisque doctrinam eligit, quæ
putat esse meliorem, à Græco verbo
ἀπορρησι, id est Eligo unde Hæresis
Sectæ, nomen olim neque odiosum, ac
quæ apud vulgus infame, prout hodie.